



BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

Obispado de Astorga

SUMARIO: I. Secretaría de Cámara y Gobierno: Circulares.—
II. Codicis Iuris Canonici Canones: de obligationibus clericorum.—
III. Sagradas Congregaciones Romanas: del Santo Oficio; S. Penitencia-
ria Apostólica.—IV. Nombramientos.—V. Bibliografía.—VI. Ne-
crología.

Secretaría de Cámara y Gobierno.

CIRCULARES.

I.

En la primera decena del próximo mes de Mayo tiene proyectado el Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo practicar la Santa Pastoral Visita en el Arciprestazgo de Ribera de Urbia, quedando encargado del Gobierno de la Diócesis, durante su ausencia, el Ilmo. Sr. Provisor y Vicario General, don Mariano Flórez Gallego.

Roguemos al Señor por la salud de S. S. Ilma. y

para que sus sagrados ministerios cedan en mucha gloria de Dios y santificación de los pueblos que ha de visitar.

II.

De orden de S. S. Il'tma. se llama la atención de los señores Encargados de iglesias sobre la concesión extraordinaria para esta diócesis, publicada en el número anterior del *Boletín Eclesiástico*, a fin de que procuren instruir convenientemente al pueblo cristiano acerca de las singulares gracias y privilegios otorgados por la Santa Sede a los que asistan a la exposición solemne y pública del Santísimo Sacramento, que allí se menciona, estimulándole, al propio tiempo, a que con piedad asista a adorar a Jesús Sacramentado. A ese fin señalarán, a su elección y en el tiempo más apto para la concurrencia de los fieles, un domingo del año para tener durante algunas horas la referida exposición solemne del Santísimo Sacramento, avisando con la debida antelación a sus feligreses y cuidando de que estos se sucedan constantemente en la vela de su Divina Majestad.

III.

Se recuerda a los señores Curas párrocos, ecónomos, coadjutores y demás encargados de iglesias que durante el mes de Mayo, por lo menos los domingos y días festivos, se celebren los cultos de costumbre en honor de la Reina de las Flores, pidiendo nuevamente en ellos el beneficio de la paz mediante la recitación de la oración compuesta por el R. Pontífice, que se insertó en el *Boletín Eclesiástico* de 1.º de febrero de 1915. Nuestro Rvdmo. Prelado se ha dignado facultar para exponer solemnemente, durante el ejercicio, el Santísimo Sacramento, y concede 50 días de Indulgencia a todos los fieles que a él asistan.

IV.

Próxima ya la fiesta de Pentecostés, en que ha de empezar a regir el Código de Derecho Canónico, encarecidamente se recomienda a los señores sacerdotes el estudio y conocimiento profundo del mismo; al efecto y con el fin de facilitarles, en lo posible, este conocimiento y estudio, por disposición de S. S.^a Il^{ma}. en este número del *Boletín Eclesiástico* y en los siguientes se insertarán aquellos cánones que más interesen al Clero por referirse directamente a él o a las obligaciones inherentes al cargo parroquial.

Astorga 13 de Abril de 1918.

Dr. Angel Satué Lombó,
Can. Penit. Srio.

CODICIS IURIS CANONICI CANONES

TITULUS III.

DE OBLIGATIONIBUS CLERICORUM.

CAN. 124.—Clerici debent sanctiorem prae laicis vitam interiorem et exteriorem ducere eisque virtute et recte factis in exemplum excellere.

CAN. 125.—Curent locorum Ordinarii:

1.º Ut clerici omnes poenitentiae sacramento frequenter conscientiae maculas eluant;

2.º Ut iidem quotidie orationi mentali per aliquod tempus incumbant, sanctissimum Sacramentum visitent, Deiparam Virginem mariano rosario colant, conscientiam suam discutiant.

CAN. 126.—Omnes sacerdotes saeculares debent tertio saltem quoque anno spiritualibus exercitiis, per

tempus a proprio Ordinario determinandum, in pia aliqua religiosave domo ab eodem designata vacare; neque ab eis quisquam eximatur, nisi in casu particulari, iusta de causa ac de expressa eiusdem Ordinarii licentia.

CAN. 127.—Omnes clerici, praesertim vero presbyteri, speciali obligatione tenentur suo quisque Ordinario reverentiam et obedientiam exhibendi.

CAN. 128.—Quoties et quandiu id, iudicio proprii Ordinarii, exigat Ecclesiae necessitas, ac nisi legitimum impedimentum excuset, suscipiendum est clericis ac fideliter implendum munus quod ipsis fuerit ab Episcopo commissum.

CAN. 129.—Clerici studia, praesertim sacra, recepto sacerdotio, ne intermittant; et in sacris disciplinis solidam illam doctrinam a maioribus traditam et communiter ab Ecclesia receptam sectentur, devitantes profanas vocum novitates et falsi nominis scientiam.

CAN. 130.—§ I. Expleto studiorum curriculo, sacerdotes omnes, etsi beneficium paroeciale aut canonicale consecuti, nisi ab Ordinario loci ob iustam causam fuerint exempti, examen singulis annis saltem per integrum triennium in diversis sacrarum scientiarum disciplinis, antea opportune designatis, subeant secundum modum ab eodem Ordinario determinandum.

§ 2. In collatione officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum ratio habeatur eorum qui, ceteris paribus, in memoratis periculis magis praestiterunt.

CAN. 131.—§ 1. In civitate episcopali et in singulis vicariatibus foraneis saepius in anno, diebus arbitrio Ordinarii loci praestituendis, conventus habeantur, quos *collationes* seu *conferentias* vocant, de re morali et liturgica; quibus addi possunt aliae exercitationes,

quas Ordinarius opportunas iudicaverit ad scientiam et pietatem clericorum promovendam.

§ 2. Si conventus haberi difficile sit, resolutae quaestiones scriptae mittantur, secundum normas ab Ordinario statuendas.

§ 3. Conventui interesse, aut, deficiente conventu, scriptam casuum solutionem mittere debent, nisi a loci Ordinario exemptionem antea expresse obtinuerint, tum omnes sacerdotes saeculares, tum religiosi licet exempti curam animarum habentes et etiam, si collatio in eorum domibus non habeatur, alii religiosi qui facultatem audiendi confessiones ab Ordinario obtinuerunt.

CAN. 132.—§ 1. Clerici in maioribus ordinibus constituti a nuptiis arcentur et servandae castitatis obligatione ita tenentur, ut contra eandem peccantes sacrilegii quoque rei sint, salvo praescripto can. 214; § 1.

§ 2. Clerici minores possunt quidem nuptias inire, sed, nisi matrimonium fuerit nullum vi aut metu eisdem incusso, ipso iure e statu clericali decidunt.

§ 3. Coniugatus qui sine dispensatione apostolica ordines maiores, licet bona fide, suscepit, ab eorundem ordinum exercitio prohibetur.

CAN. 133.—§ 1. Caveant clerici ne mulieres, de quibus suspicio esse possit, apud se retineant aut quoquo modo frequentent.

§ 2. Eisdem licet cum illis tantum mulieribus cohabitare in quibus naturale foedus nihil mali permittit suspicari, quales sunt mater, soror, amita et huiusmodi, aut a quibus spectata morum honestas, cum provectiore aetate coniuncta, omnem suspicionem amoveat.

§ 3. Iudicium an retineri vel frequentare mulieres, etiam illas in quas communiter suspicio non cadit, in peculiari aliquo casu scandalo esse possit aut inconti-

nentiae afferre periculum, ad Ordinarium loci pertinet, cuius est clericos ab hac retentione vel frequentatione prohibere.

§ 4. Contumaces praesumuntur concubinariii.

CAN. 134.—Consuetudo vitae communis inter clericos laudanda ac suadenda est, eaque, ubi viget, quantum fieri potest, servanda.

CAN. 135. — Clerici, in maioribus ordinibus constituti, exceptis iis de quibus in can. 213, 214, tenentur obligatione quotidie horas canonicas integre recitandi secundum proprios et probatos liturgicos libros.

CAN. 136. — § 1. Omnes clerici decentem habitum ecclesiasticum, secundum legitimas locorum consuetudines et Ordinarii loci praescripta, deferant, tonsuram seu coronam clericalem, nisi recepti populorum mores aliter ferant, gestent, et capillorum simplicem cultum adhibeant.

§ 2. Annulo ne utantur, nisi id ipsis a iure aut apostolico privilegio sit concessum.

§ 3. Clerici minores qui propria auctoritate sine legitima causa habitum ecclesiasticum et tonsuram dimiserint, nec, ab Ordinario moniti, sese intra mensem emendaverint, ipso iure e statu clericali decidunt.

CAN. 137.—A fideiubendo, etiam de bonis propriis, clericus prohibetur, inconsulto loci Ordinario.

CAN. 138.—Clerici ab iis omnibus quae statum suum dedecent, prorsus abstineant; indecoras artes ne exercent; aleatoriis ludis, pecunia exposita, ne vacent; arma ne gestent, nisi quando iusta timendi causa subsit; venationi ne indulgeant, clamorosam autem nunquam exercent; tabernas aliaque similia loca sine necessitate aut alia iusta causa ab Ordinario loci probata ne ingrediantur,

CAN. 139. —§ 1. Ea etiam quae, licet non indecora, a clericali tamen statu aliena sunt, vitent.

§ 2. Sine apostolico indulto medicinam vel chirurgiam ne exercent; tabelliones seu publicos notarios, nisi in Curia ecclesiastica, ne agant; officia publica, quae exercitium laicalis iurisdictionis vel administrationis secumferunt, ne assumant.

§ 3. Sine licentia sui Ordinarii ne ineant gestiones bonorum ad laicos pertinentium aut officia saecularia quae secumferant onus reddendarum rationum; procuratoris aut advocati munus ne exercent, nisi in tribunali ecclesiastico, aut in civili quando agitur de causa propria aut suae ecclesiae; in laicali iudicio criminali, gravem personalem poenam prosequente, nullam partem habeant, ne testimonium quidem sine necessitate ferentes.

§ 4. Senatorum aut oratorum legibus ferendis, quos *deputatos* vocant, munus ne sollicitent neve acceptent sine licentia Sanctae Sedis in locis ubi pontificia prohibitio intercesserit; idem ne attentent aliis in locis sine licentia tum sui Ordinarii, tum Ordinarii loci in quo electio facienda est.

CAN. 140. —Spectaculis, choreis et pompis quae eos dedecent, vel quibus clericos interesse scandalo sit, praesertim in publicis theatris, ne intersint.

CAN. 141. —§ 1. Saecularem militiam ne capessant voluntarii, nisi cum sui Ordinarii licentia, ut citius liberi evadant, id fecerint; neve intestinis bellis et ordinis publici perturbationibus opem quoquo modo ferant.

§ 2. Clericus minor qui contra praescriptum § 1 sponte sua militiae nomen dederit, ipso iure e statu clericali decidit.

CAN. 142. —Prohibentur clerici per se vel per alios

negotiationem aut mercaturam exercere sive in propriam sive in aliorum utilitatem.

CAN. 143.—Clerici, licet beneficium aut officium residentiale non habeant, a sua tamen dioecesi per notabile tempus sine licentia saltem praesumpta Ordinarii proprii ne discedant.

CAN. 144.—Qui cum licentia sui Ordinarii in aliam dioecesim transierit, suae dioecesi manens incardinatus, revocari potest, iusta de causa et naturali aequitate servata; et etiam Ordinarius alienae dioecesis potest ex iusta causa eidem denegare licentiam ulterioris commorationis in proprio territorio, nisi beneficium eidem contulerit.

S. CONGREGATIO S. OFFICII.

DECRETUM.

DE INDULGENTIIS PIO VIAE CRUCIS EXERCITIO ADNEXIS.

Pium *Viae Crucis*, ut aiunt, exercitium, ad salutiferam sanctissimi D. N. Jesu Christi Passionem recondendam, a Romanis Pontificibus enixe commendatum ac pluribus indulgentiis ditatum fuisse neminem latet. Et quoniam non semper nec ab omnibus, erectas regulariter Stationes obeundo, peragi illud poterat, non defuit Apostolica Sedes pro iis qui aut infirma veletudine aut alia iusta causa impedirentur, brevioribus precibus ante simulacrum SSmi. Crucifixi per Fratres Minores, quibus ex privilegio apostolico pii eiusdem exercitii moderamen spectat, ad hoc benedictum recitandis, easdem indulgentias adnectere.

Cum igitur per huiusmodi concessionem omnium fidelium utilitati satis consultum fuerit, Emi. ac Rmi. DD. Cardinales Inquisitores generales, in plenario conventu habito feria IV die 8 Maii currentis anni, omnibus mature perpensis, consulendo SSmo. decreverunt, ut quascumque alias, praeter mox memoratam, hac super re concessionem, nominatim vero quae *Coronas*, quas vocant, *Viae Crucis* respiciunt revocare, abrogare ac penitus abolere dignaretur: insimul declarando, facultates omnes Coronas supradictas hunc in effectum benedicendi, sacerdotibus quibuslibet, tam saecularibus quam regularibus, in praestantioribus etiam dignitatibus constitutis, hucusque quomodocumque impertitas, statim ab huius Decreti promulgatione, nullius amplius esse roboris.

Et sequenti feria V die 9 eiusdem mensis et anni, sanctissimus D. N. Pius divina providentia PP. X, in solita audientia R. P. D. Adessori S. Officii impertita, Emorum. Patrum votis annuens, propositam ab eis resolutionem, suprema sua auctoritate, in omnibus et singulis adprobare et confirmare dignatus est.

Contrariis quibuscumque, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 24 Iulii 1912.
—M. Card. RAMPOLLA.—D. Archiep. Seleucien., Ads. S. O.

*
* *

ACLARACIÓN QUE HACE DEL DECRETO ANTERIOR LA SAG. PENITENCIARIA APOST.

Postquam, die 24 Iulii 1912, a Suprema Sacra Congregatione S. Officii promulgatum fuit Decretum de Indulgentiis pio Viae Crucis exercitio adnexis, nonnulla dubia oborta sunt, quae Sacrae Poenitentiariae Apostolicae Tribunali solvenda sunt proposita; videlicet:

I. Utrum praedictum Decretum abrogaverit etiam pias Uniones et pia Exercitia «Viae Crucis Perpetuae» et «Viae Crucis Viventis», cum indulgentiis quae eisdem respective sunt adnexae?

II. Utrum abrogatio coronarum, quas vocant, Viae Crucis, et cuiusvis concessionis quae eas respiciat, se extendat etiam ad illas Viae Crucis coronas, quae ante abrogationis Decretum fuerant legitime benedictae, indulgentiis ditatae et fidelibus iam distributae?

III. An per idem Decretum censendus sit abolitus usus crucium vel crucifixorum, quibus per facultates speciales, cuicumque tributas, adnexae fuerant indulgentiae Viae Crucis, lucrandae ab iis etiam qui nullo detinentur impedimento ab exercitio rite obeundo; et an huiusmodi cruces et crucifixi, qui fuerint iam benedicti et distributi, in posterum pro lucrandis indulgentiis valeant tantum in casu legitimi impedimenti?

IV. Utrum in usu crucifixorum cum adnexis indulgentiis Viae Crucis rite benedictorum, ad indulgentias lucrandas, requiratur Passionis Dominicae meditatio, vel saltem pia eiusdem recordatio; an sola sufficiat statutarum precum recitatio, viginti nempe *Pater* cum totidem *Ave*, *Maria*, et *Gloria*?

V. An laudato Decreto abrogata fuerint etiam Indulta, quibus confessariis aliisve concessa est facultas impeditis commutandi preces iniunctas in alia pia opera?

VI. An eodem Decreto abolitae sint etiam illae concessioniones, quibus permittitur, in stationibus singulis rite visitandis, ut multitudo populi fidelis in suo loco consistat, ibique pro qualibet statione assurgat tantum et genuflectat?

Et Sacra Poenitentiarum respondendum censuit:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative*.

Ad III. *Affirmative* ad utramque partem.

Ad IV. *Affirmative* ad primam partem: *Negative* ad secundam.

Ad V. *Negative*, dummodo usus crucifixi benedicti non omittatur, et aliqua saltem addatur pia Passionis Dominicae memoria.

Ad VI. *Negative*, si agatur de publico exercitio in Ecclesia, quod a multitudine fidelium in communi peragatur.

Quae responsa, in audientia diei 7 Decembris verentis anni ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori relata, Ssmus. D. N. Benedictus div. Prov. Pap. XV adprobare rataque habere, contrariis quibuscumque non obstantibus, dignatus est, ac publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae in S. Poenitentiaria, die 14 Decembris 1917. — GULIELMUS M. Card. VAN ROSSUM, *Poen. Maior.* — F. BORGONGINI DUCA, *S. P. Secretarius.*

* * *

INDULGENCIAS Y OTRAS GRACIAS DEL VIACRUCIS.

En este Decreto y en su concordante del 24 de julio de 1912 (A. A. S., IV, 529) se hace mención de los siguientes ejercicios y objetos piadosos relacionados con el Viacrucis:

Viacrucis perpetuo o Viacrucis viviente.

Rosarios o coronillas del Viacrucis.

Crucifijos ordinarios con las indulgencias del Viacrucis.

Vamos a dar una idea sucinta de cada una de estas devociones y objetos benditos, fijando la disciplina que ahora queda vigente acerca de ellos,

1. PÍA UNIÓN DEL VIACRUCIS VIVIENTE.—Fue instituida por León XIII en el Breve *Pietati Christifidelium* de 16 de Agosto de 1901, a semejanza del *Rosario viviente*. Consta de catorce miembros y se ha de establecer en iglesias u oratorios públicos o semipúblicos o en comunidades donde esté canónicamente erigido el Viacrucis.

Esta pía unión se ha de fundar por el General o los demás Superiores de los PP. Franciscanos, y por ellos mismos se ha de designar el director de la obra que lleve el registro de los asociados.

Los socios, en grupos de catorce, se dividen los misterios del Viacrucis, y cada uno medita diariamente el que le ha caído en suerte teniendo a la vista un crucifijo bendecido para este objeto por los Superiores franciscanos o por algún delegado suyo, rezando además tres padrenuestros, avemarías y gloriapatris.

Las indulgencias de esta Unión no son las mismas que las del Viacrucis, pero son muchas para los que hacen todos los días el ejercicio que les tocó en suerte y confiesan, comulgan y visitan alguna iglesia. *Indulgencias plenarias*: 1. En la primera festividad después de la admisión: 2. en las fiestas de Natividad, Circuncisión, Epifanía, Pascua, Ascensión, Corpus Christi, Pentecostés, SS. Trinidad, todos los viernes de Marzo, Invención y Exaltación de la Santa Cruz, Llagas de San Francisco y en su fiesta; 3. una vez al año en día a elección. *Parciales*: 100 días por el ejercicio cotidiano en los días comunes; de siete años y siete cuarentenas los domingos y fiestas y en toda la Semana Santa.

El nuevo Decreto de la S. Penitenciaria, así como el del S. Oficio de 1912, no suprimen ni derogan en parte alguna esta pía unión del Viacrucis perpetuo o Viacrucis viviente, ni sus indulgencias.

2. ROSARIO O CORONILLA DEL VIACRUCIS.—Consiste en una corona compuesta de catorce medallas, con la representación de las catorce estaciones, y separadas las unas de las otras por tres cuentas de rosario que señalan para cada estación un padre nuestro, avemaría y gloriapatri. La facultad de bendecir estas coronillas, según concesión Pontificia de 2 de Noviembre de 1916, correspondía a los Padres Paúles y a los directores y celadores de la Archicofradía de la Agonía Santa. El uso de este rosario era semejante al del Crucifijo bendito para hacer el Viacrucis.

También se repartían para el mismo fin unos libritos con imágenes y oraciones de las estaciones del Viacrucis.

Tales rosarios o coronillas del Viacrucis y la facultad de bendecirlos e indulgenciarlos *queda completamente abrogada* en los decretos de que tratamos; y esta abrogación *tiene efecto retroactivo* para las concesiones anteriores, de cualquiera clase, las cuales quedan por tanto plenamente derogadas. De consiguiente, no subsisten después de estas declaraciones de la S. Penitenciaría los privilegios ni las indulgencias antes concedidas a ninguno de estos objetos piadosos.

3. CRUCIFIJOS PARA HACER EL VIACRUCIS.—Estos crucifijos han de ser benditos por los Eminentísimos Cardenales (can. 239, § 1, n. 6 del nuevo Código), por los Superiores Franciscanos, o por sacerdotes delegados por el General de la misma Orden o por la Santa Sede.

Comunmente se restringe esta concesión a los casos de enfermedad u otro justo impedimento de hacer el Viacrucis en la forma marcada y en el lugar donde se halla canónicamente erigido. En estas circunstancias basta tener en la mano el crucifijo bendito para

este fin y rezar *veinte padrenuestros, avemarias y gloriamaris*; es a saber: 14 por las estaciones del Calvario, 5 en veneración de las cinco llagas de Jesucristo y uno a intención del Romano Pontífice. A los enfermos graves se exige menos preces.

Estos son los crucifijos acostumbrados para el Viacrucis. Pero antes de 1912 había algunas concesiones más amplias, aun para casos en que *no existía impedimento* de hacer el Viacrucis en el lugar y forma ordinaria.

Ahora se declaran caducadas todas estas exorbitantes facultades.

Se mantienen los privilegios del crucifijo debidamente bendito para hacer el Viacrucis; pero se exige como condición *precisa en todo caso* que haya *justo y legítimo impedimento* de practicar el Viacrucis en el sitio y en la manera ordinaria.

4. REQUISITOS PARA EL USO DEL PRIVILEGIO DE LOS CRUCIFIJOS DEL VIACRUCIS.— a) Además de los 20 padrenuestros, etc., según se dijo en el n. 3, es menester alguna meditación o al menos piadoso recuerdo de la Pasión de Jesucristo.

b) Con los Decretos del S. Oficio y de la S. Penitenciaría en nada se disminuyen las facultades o Indultos que tengan los confesores para conmutar a los enfermos o impedidos las oraciones prescritas en otras obras de piedad.

5. EL VIACRUCIS EN LAS IGLESIAS CUANDO HAY GRAN CONCURSO DE PUEBLO.—En semejantes aglomeraciones de gente basta que la multitud se levante y se arrodille en el mismo sitio sin cambiar de puesto. Es concesión antigua de la S. Congregación de Indulgencias (*Decr. auth., n. 210*) y se mantiene en el presente Decreto de la S. Penitenciaría. La misma concesión vale para las

capillas de comunidades religiosas, cuando no hay espacio para moverse convenientemente los que hacen el Viacrucis. (S. C. de Indulg. 27 Febrero 1901 y 7 Mayo 1902).

(De la Revista *Sal Terrae*)

N O M B R A M I E N T O S.

El Ilmo. y Rvdmo. Prelado ha tenido a bien nombrar: Arcipreste de *Boeza* a don Clemente Arias Rodríguez, párroco de Rodanillo, ya vicearcipreste; Arcipreste de *Rivas del Sil* a don Inocencio Berlanga Rodríguez, ya vicearcipreste y párroco de Páramo del Sil; Arcipreste de *Vega y Ribera* a don Esteban Rebaque Jarrín, párroco de Barrientos.

Asimismo ha sido nombrado Vice-arcipreste del *Decanato* don Emilio González Valderrábano, párroco de Val de San Lorenzo.

BIBLIOGRAFÍA.

Anuario Eclesiástico (1918).—Publicado por Eugenio Subirana, Editor y librero pontificio, Puertaferriosa, 14, Barcelona.

Encabeza el *Anuario* un hermoso retrato del Papa, al pié del cual va un autógrafo del mismo dirigido al editor.

Las Estadísticas del personal eclesiástico y de las Ordenes Religiosas en España son nutridas, completas y minuciosas. Es digna de particular mención la publicación de los mapas de cada una de las diócesis españolas.

Completan la obra, y le dan un marcado carácter de utilidad para la cultura eclesiástica, la colección de los

Evangelios de las Dominicas después de Pentecostés, acompañados de riquísimas notas exegéticas y oportunas reflexiones morales por el P. Jaime Pons, S. J.; un interesante resumen de los cánones del Nuevo Código Canónico que más deben conocer los Sacerdotes, por el erudito canonista Dr. D. Manuel Rovira, Pbro., Párroco de S. Pablo del Campo, de Barcelona; un resumen de las disposiciones y leyes emanadas de la Iglesia y del Estado, desde octubre de 1916 a septiembre de 1917; y un repertorio ideológico de las enseñanzas de los Obispos españoles, publicadas también en el año anterior, por el Rdo. D. Juan Tarrés, Pbro.

Catecismo de las Religiosas, según el Código del Derecho Canónico, obra nueva, por D. Fidel Galarza, Presbítero-Visitador general de Religiosas del Obispado de Madrid-Alcalá. Obrita única en su género y la primera publicada con arreglo a las no ísimas disposiciones.

Precio 1'25 en rústica y 1'75 en tela. Nueva Librería Católica Del Amo, Acedo y Compañía, editores; Bordadores, 9. Apartado 719. Teléfono 5027. Madrid.



NECROLOGIA.

El día 25 del mes pasado falleció don Manuel Antón Cabrera, párroco de Barcial del Barco, Arciprestago de Villafáfila. Pertenece a la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenía acreditado el cumplimiento de cargas. Hace el número 380.

El Illmo. y Rvdmo. Sr. Obispo se ha dignado conceder 50 días de Indulgencia en sufragio de su alma. (R. I. P.).